

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

P. VIRG. MARONIS CYRIS AD MESSALAM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herba,
 Sape viri nares acer iaculatur apertas
 Spiritus, & summo damnat sua prandia vultu.
 Sape manu summa lacrymantia lumina tergit,
 Immeritoq; furens dicit conuicia sumo.
 Precedebat opus, non iam salebrosus vt ante,
 Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes;
 Ergo Palladij guttas instillat oliui,
 Exiguq; super vires infundit aceti,
 Atq; iterum commiscet opus, mistumq; retrahit.
 Tum demum digitis mortaria tota duobus
 Circuit, inq; globum distantia contrahit vnum,
 Conset vt effecti species, nomenq; Moreti.
 Eruit interea Cybale quoq; sedula panem:
 Quem recipit lotis manibus, pulsoq; timore
 Hinc famis, inq; diem securus Simylus illam.
 Ambit crura ocreis paribus, tectusq; galero
 Sub iuga parentes cogit lorata iuuenos,
 Atq; agit in segetes, & terra condit aratrum.

P. VIRG. MARONIS CY.

R. IS AD MESSALAM.

ET si me vario iactatum laudis amore,
 Irritatq; expertum fallacis premia vulgi,
 Cecropius suaves expirans hortulus auras
 Florentes viridis Sophiae complectitur umbras:
 Num mea quaret eo dignum sibi querere carmen?
 Longe aliud studium, atq; alios accincta labores.

Altum

Alius ad magni suspendit sidera mundi :
 Et placitum multis ausa est ascendere collem.
 Non tamen abstinent ceptum derexere munus:
 In quo iure meas vinam requiescere Musas,
 Et leniter blandum liceat deponere morem.
 Quod si mirificum proferre valent genus omnes,
 Mirificum seculi modo sit tibi velle libido,
 Sime iam summa sapientia pangeret arte,
 Quattuor antiquis quæ hæredibus est data consors:
 Unde hominum errores longè, lateq; per orbem
 Disspicere, atq; humiles possem contemnere curas:
 Non ego te talem venerarer munere tali.
 Non equidem, quamvis interdum ludere nobis,
 Et gracilem molli liceat pede claudere versum :
 Sed magno intexens (si fas est dicere) peplo,
 Qualis Erichtheis olim portatur Athenis,
 Debita cum castæ solvantur dona Minervæ,
 Tardatæ confecto redeunt quinquennia lustro,
 Cum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro,
 Et prono gravidum prouexit pondere cursum.
 Felix ille dies, felix & dicitur annus,
 Felices qui talem annum vidère, diemq;
 Ergo Palladia texuntur in ordine pugnae:
 Magna Giganteis ornantur pèpla trophæis :
 Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco :
 Additur aurata delectus cuspide Typho,
 Qui prius Ossæ consternens æthera saxis
 Ematibus celsum duplicabat vertice Olympum.
 Tale dea velum solenni in tempore portant :

Tali

Tali te vellem iuuentum doctissime ritu
 Purpureos inter soles, & candida Luna
 Sidera, cœruleis orbem pulsantia signis,
 Natura rerum magnis intexere chartis:
 Aeternum Sophiæ coniunctum carmine nomen
 Nostra tuum senibus loqueretur pagina seculi.
 Sed quoniam ad tantas nunc primū nascimur artes
 Nunc primum teneros firmamus robore nervos:
 Hæc tamen interea quæ possumus, in quibus ani
 Prima rudimenta, & primos exegimus annos,
 Accipe dona meo multum vigilata labore,
 Et præmissa tuis non magna exordia rebus.
 Impia prodigijs vt quondam exterruit ampli
 Scylla: novos auium sublimis in aëre cœtus,
 Viderit & tenui ~~trans~~scendentes sidera penna
 Cœruleis sua tecta superuolitauerit alis:
 Hanc pro purpureo pœnam scelerata capillo,
 Proq; patris soluens excisa funditus vrbe.
 Complures illam, & magni Messala poeta,
 (Nam verum fateamur, amat Polyhymnia verum)
 Longè alia perhibent mutatam membra figuræ,
 Scyllæum monstra in saxum conuersa vocari.
 Illam esse ærumnis, quam sæpe legamus Vlysi
 Candida succinctam latrantibus inguina monstrū
 Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
 Deprensos nautas canibus lacerasse marinis.
 Sed neq; Mæonia hæc patiuntur credere charta,
 Nec malus istorum dubijs erroribus autor.
 Namq; alias alijs vulgo finxere puellas,

Quæ Collophoniaco Scilla dicuntur Homero.
Ipse Cratinei matrem: sed siue Erichthei,
Siue illam monstro genuit grandæua biforini,
Siue est neutra parens: atq; hoc in carmine toto
Inguinis est victum, & Venerio descripta libido:
Siue etiam exactis speciem mutata venenis
Infelix virgo (quid enim commiserat illa?)
Ipse pater timidam saeva complexus arena,
Coniugium cave violauerat Amphitruës:
Altamen exegit longo post tempore pœnas:
Vt cum cura sua veheretur coniugis alto,
Ipsa trancem multo misceret sanguine pontum.
Seu vero, vt perhibent, forma cum vinceret omnes,
Et cupidos questu passim spoliaret amantes:
Piscibus & canibus rabidis vallata repente est,
Horribiles circum vidit sibi sistere formas.
Heu quoties mirata novos expalluit artus!
Ipsa suos quoties heu pertimuisse latratu!
Ausa quod est mulier numen fraudare deorum,
Et dictam Veneri votorum vertere pœnam:
Quam mala multiplici iuuenum quod septa cæteris
Dixerat, atq; animo meretrix iactata ferarum.
Infamem tali meritorum more fuisse
Docta Palapaphia testatur, voce Pachinus.
Quicquid, & vt quisque tali de clade locutus,
Omnia sint: potius liceat notescere Cyrin,
Atq; vnâ ex multis Scyllam non esse puellis.
Quare & quæ cantus meditantî mittere certos
Magna mihi cupido tribuisti præmia diuæ

Pierides

Pierides, quarum castos altaria postes
Munere saepe meo insciant, foribusq; hyacinthi
Deponunt flores: aut suauis rubens Narcissus,
Aut crocus alterna coniungens ilia caltha,
Sparsaq; luminibus floret rosa. nunc age Diua
Præcipue nostro nunc aspirate labori:
Atq; nouum æterno prætexite honore volumen.
Sunt Pandionis vicina sedibus vrbes
Æteos inter colles, & candida Thesei,
Purpureis latè ridentia littora conchis:
Quarum non ulli fama concedere digna
Stat Megara, Ætæi quondam munita labore
Alcathoi, Phœbiq; decus, namq; affuit illi:
Vnde etiam citharæ voces imitantur acutas,
Sape lapis recrepat Cyllenia munera pulsus,
Et veterem sonitu Phœbi testatur honorem.
Hanc vrbe[m] ante alios qui tum florebat in armis,
Fecerat infestam populator remige Minos:
Hospitioq; seni fuit Hyppolidosq; victo,
Carpathum fugiens, & flumina Cerathea
Texerat. hunc bello repetens Cortinæ heros,
Attica Cretæa sternebat rura sagitta.
Sed neque tunc ciues, nec tunc rex ipse veretur
Infesto ad muros volitantes agmine turmas
Ducere, & indomita virtute retundere mentes:
Responsum quoniam satis est meminisse deorum.
Nam capite à summo regis (mirabile dictu)
Candida cæsaries, florebat tempora lauro:
Et roseus medio fulgebat vertice crinis:

Cuius quam seruata diu natura fuisset,
 Tum patriam incolumem Nisi, regnumq; futurum,
 Concordes stabili firmarunt numine Parca.
 Ergo omnis cano residebat cura capillos
 Aurea solenni comitum quoq; sibula ritu
 Corbella tereti neciebat dente Cicada,
 Nec verò hæc vobis custodia vana fuisset,
 Nec fuerat : nisi Scylla nouo concepta furore,
 Scylla patris miseri, patriaq; inuenta sepulcrum,
 O nimium cupidus si non inhiasset ocellis.
 Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
 Iratum potuit, quem nec pater, atq; auus idem
 Iuppiter, ille etiam Pænos domitare leones,
 Et validas docuit vires mansuescere Tigris :
 Ille etiam diuos, homines, sed dicere magnum est.
 Idem tum superis acuebat paruulus iras
 Iunonis magna : cuius periuria diua
 Olim se meminere diu per iura puella,
 Non illi liceat : violauerat inscia sedem
 Dum sacris operata dea lasciuit, & extra
 Procidit longè matrum comitumq; cateruam,
 Suspensam gaudens in corpore ludere vestem,
 Et tumidos agitante sinus Aquilone relaxans.
 Nec tum etiam castos agitauerat ignis honores,
 Nec dum solenni lymphæ perfusa sacerdos
 Pallentis folijs caput exornarat oluta :
 Cum lapsa e manibus fugit pila, cumq; relapsa
 Procurrit virgo, quo vtinam ne prodita ludo
 Aurea iam gracili soluisset corpora palla.

Omnia, quæ retinere gradum, cursumq; morari
Possent, ô tecum vellent tua semper haberes:
Non vnquam violata manu sacraria diua,
Iurando infelix nequicquam iura piasse.
Et si quis noruisse tibi periuria credat,
Causa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.
At leuis ille deus, cui semper ad vltiscendum
Queritur ex omni verborum iniuria dicto:
Aurea fulgenti depromens tela pharetra,
Heu nimium tereti, nimium Tirynthia visu
Virginis in tenera defixerat omnia mente.
Quæ simul ac venis hausit sitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in ossa furorem:
Sæua velut gelidi Ciconum Bistonis honores,
Iactantæ barbarico Cybeles antistita luxu,
Infelix virgo tota bacchatur in vrbe.
Non Storace Idaeo flagrantem picta capillos
Cognita, non teneris pedibus, sic omnia seruans,
Non niueo retinens baccata monilia collo.
Multum illi incerto trepidant vestigia cursu.
Sæpe redit patrios ascendere prodita muros,
Aëria^{q;} facit causam se visere turres.
Sæpe etiam tristes voluens in nocte querela,
Sedibus ex altis cæli speculatur amorem,
Castrasq; prospectat crebris lucenia flammis.
Nulla colum nouit, carum nec respicit aurum.
Non arguta sonant tenui psalteria chorda:
Non Libyco molles clauduntur pectine tela.
Nullus in ore rubor: vbi enim rubor, obstat amor.

Atq; ubi nulla malis reperit solatia tantis,
Tabidulamq; videt labi per viscera mortem:
Quò vocat ire dolor, subigunt quò tendere fata,
Fertur: & horribili præceps impellitur Oestro:
Vt patris ab demens crimem de vertice ferret
Furtim, atq; arguto detonsum mitteret hosti.
Namq; hæc conditio misera proponitur vna,
Sine illa ignorans: quis non bonus omnia malis
Credere, quam scelus tanti damnare puellam?
Heu tamē infelix (quid enim imprudentia prodest?)
Nise pater: cui direpta crudeliter vrbe
Vix erit vna super sedes in turribus altis,
Fessus vbi extructo possis conscendere nido.
Tu quoq; aus moriere: dabit tibi filia pœnas.
Gaudete ô celeres subnixa nubibus altis,
Qua mare, qua virides silvas, lucosq; sonanteis
Incolitis: gaudete vaga, blandaq; volucres:
Vosq; adeo humani mutata corporis artus.
Vos ô crudeli fatorum lege puella
Dauliades (crudele) venit carissima vobis
Cognatos augens reges, numerumq; suorum
Cyrus, & ipse pater. vos ô pulcerrima quondam
Corpora, cœruleas præuertite in aethere nubes,
Qua nouus ad superum sedes Calcheius, & quâ
Candida concessos ascendat Cyrus honores.
Iamq; adeo dulci deuinctus lumina somno
Nisus erat, vigilumque procul custodia primis
Excubias foribus studio iactabat inani:
Cum furtim tacito descendens Scylla cubili

Auribus arrectis nocturna silentia tentat,
Et pressis tenuem singultibus aëra captat:
Tum suspensa leuans digitus vestigia primis
Egreditur, ferroq; manus armata bidemi
Euolat, ac demta subita in formidine vires,
Cœruleas sua furti prius testatur ad umbras.
Nam qua se ad patrium tendebat semita limen,
Vestibulo in thalami paulum remoratur: & alium
Susspicit ad culti natantia sidera mundi,
Non accepta pijs promittens munera Diuis.
Quam simul Ogygij Phœnicis filia Charme
Surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi
Marmoreo aratus stridens in limine cardo)
Corripit extemplo fessam languore puellam,
Et simul, ô nobis sacrum caput, inquit, alumna,
Non tibi nequicquam viridis per viscera pallor
Aegrotas tenui suffudit sanguine venas.
Nec leuis hoc faceret, neq; enim pote cura subegit
Haud fallor quod te potius Rhamnusia sallit.
Nam qua de causa nec dulcis pocula Bacchi,
Nec grauidos Cereris dicam contingere fetus?
Quæ causa ad patrium solam vigilare cubile?
Tempore quo fessas mortalia pectora curas,
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus,
Dic age nunc misere saltem, quod sæpe petenti
Iurabas nihil esse mihi cum mœsta parentis
Formosos circum virgo mouerere capillos:
Heu mihi ne furor ille tuos inuasit artus,
Ille Arabis Myrrha quondam qui cepit ocellos?

Vi sci-

Ut scelere infando, quod nec finit Adrastea,
Ledere virum, vno studeas errore parentem.
Quod si alio quouis animo iactaris amore,
Nam te iactari non est Anathuntia nostra
Tam rudis, ut nullo possim cognoscere signo:
Sin concessus amor noto te macerat igne,
Per tibi Dyctinna praesentia numina iuro,
Prima deum quae te mihi dulcem donat alumnam,
Omnia me potius, digna, atq; indigna laborum
Millia visuram, quam te tam tristibus istis
Sordibus, & scoria patiar tabescere tali.
Hae loquitur, molliq; ut se velauit amictu,
Frigidulam iniecta circumdat veste puellam,
Quae prius ut tenui steterat succincta corona,
Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens,
Persequitur miserè causas exquirere tales.
Nec tamen ante villas patitur sibi reddere voces,
Marmoreū tremebunda pedē quam rettulit intra.
Illa autem, quid nunc me, inquit, nutricula torques?
Quid tantum properas nostros nouisse furores?
Non ego consueto mortalibus vrō amore,
Nec mihi notorum desleant lumina vultus,
Nec genitor cordi est, vltro namq; odimus omnes.
Nil amat hic animus nutrix, quod oportet amari,
In quo falsa tamen lateat pietatis imago.
Sed media ex acie, medijs ex hostibus heu heu
Quid dicam? quoque ipsa malum hoc exordiar ore?
Dicam equidem, quomā quid non tibi dicere nutrix
Non sinis? extremum hoc munus morientis habeto.

Ille, vides, nostris qui mœnibus asidet hostis,
 Quem pater ipse deum sceptri donauit honore,
 Cui Parca tribuere nec vlllo vulnere ladi:
 (Dicendum est, frustra circumuehor omnia verba)
 Ille mea, ille idem oppugnat præcordia Minos,
 Quod te per diuum crebros obtestor amores,
 Iamq; tuum memoris haustum tibi pectus alumna,
 Vt me, si seruare potes, ne perdere malis.
 Sin autem optata spes est incisa salutis,
 Ne mihi, quam merui, inuideas nutricula mortem.
 Nam si te nobis malus, ô malus optima, Charme,
 Ante hunc aspectum casusue deusue tulisset:
 Aut ferro hoc (aperit ferrum quod veste latebat)
 Purpureum patris demissem vertice crimem,
 Aut mihi presenti peperissem vulnere lethum.
 Vix hæc ediderat, cum clade exterrita tristi
 Intonsos multo deturpat puluere crines,
 Et grauitur questu Charme comploreat anili.
 O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
 O iterum nostra Minos inimice senectæ
 Semper, & aut olim nata ô te propter eundem,
 Aut amor insana luctum portauit alumna.
 Tene ego tam longè capta atq; aucta, nequius,
 Tam graue seruitium, tam duros passa labores,
 Effugere? obstitam, exitium crudele meorum.
 Iam iam nec nobis ea, quæ senioribus, vllam
 Copia viuendi vitæ genus. vt quid ego amens
 Te erepta ô Britomarti, mea spes vna salutis,
 Te Britomarti diem potui producere vitæ?

Atq; vimam Cereri, nec tantum grata Diana
 Venatus esses virgo scilata virorum:
 Gnosia neu Partho contendens spicula cornu
 Dictas ageres ad grammata nota capellas:
 Nunquam tam obnix fugeres Minois amores,
 Præcepit aërijs specula de montibus isles:
 Unde alij fugisse ferunt, & numina Phoeæ
 Virginis assignant: alij, quò notior esses,
 Dictynnam dixere tuo de nomine lunam.
 Sint hac vera velim: mihi certe nata peristi.
 Nunquam ego te summo volitantem in vertice mō-
 Hyrcanos inter comites, agmenq; ferarum (tu
 Conspectum, nec te redeuntem amplexa tenebo.
 Verum hac tum nobis graui, atq; indigna fuere,
 Tum mea alumna, tui cum spes integra maneret,
 Et vox ista meas nondum violauerat aures.
 Tene etiam fortuna mihi crudelis adem?
 Tene ô sola mea viuendi causa senecta?
 Sæpe tuo dulci nequicquam capta sopore,
 Cum premeret natura, mori me velle negasti.
 Ut tibi Corycio glomerarem flammea luto.
 Quò nunc me infelix, aut quæ me numina seruant?
 An nescis, qua lege patris de vertice summo
 Edita candentes pratexat purpura canos?
 Qua tenui patria spes sit suspensa capillo?
 Si nescis, aliquam possum sperare salutem:
 Infamia quandoquidem scelus es conata nefandum.
 Sin est, quod metuo: per me, mea alumna, tuumq;
 Expertum multis misera mihi rebus amorem,

Per me, sacra precor, per flumina Ithya,
 Ne tantum in facinus tam nulla mento sequaris.
 Non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
 Flectere amor, neq; sit cum dijs contendere nostrum.
 Sed patri incolum potius te nubere regno,
 Atq; aliquos tamen esse velis tibi alumna penates,
 Hoc vnum exitio docta atq; experta monebo:
 Quod si non alia poteris ratione parentem
 Flectere, sed poteris (quid enim non vnica posui?)
 Tunc potius tamen ipsa, pio cum iure licebit,
 Cum facti causam, tempusq; doloris habebis,
 Tunc potius conata tua, atq; incepta referto.
 Meq; deosq; tibi comites mea alumna futuros
 Polliceor, nihil est quod texas ordine longum.
 His vbi sollicitos animi releuauerat astus
 Vocibus, & blanda pectus spe vinxerat agrum,
 Paulatim tremebunda genis obducere vestem
 Virginis, & placidam tenebris captare quietem,
 Inuerso bibulum restinguens lumen olivo.
 Incipit ad crebros insani pectoris ictus
 Ferre manum, asiduis mulcens praeordia palmis.
 Noctem illam sic mæsta super morientis alumna
 Frigidulos cubito subnixâ pependit ocellos.
 Postera lux vbi leta diem mortalibus alnum,
 Et gelido veniens mane quatiebat ab Oera,
 Quem pauida alternis fugitant, optantq; puella,
 Hesperidam vitant, optant ardescere solem,
 Præceptis pariet virgo nutricis, & omnes
 Vndiq; conquirunt nubendi sedula causas.

Tentant.

Tentantur patria submissis vocibus aures,
 Laudanturq; bona pacis bona, multus inepto
 Virginis insolito sermo nouus errat in ore.
 Nunc tremere instantis belli certamina dicit,
 Communemq; timere deum, nunc regis amicos
 (Namq; ipso verita est orbari mæsta parente)
 Cum Ioue communes, qui quondam habuere nepotes.
 Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
 Inuenit, & diuū terret formidine ciues.
 Nunc alia ex alijs, nec desunt omnia, quarit.
 Quinetiam castos ausa est corrumpere vates:
 Et cum casa pio cecidisset victima ferro,
 Essent qui generum Minoa autoribus extis
 Iungere, & ancipites suaderent tollere pugnas.
 At nutrix patula componens sulfura testa,
 Narcissum, Casiamq; herbas incendit olentes,
 Terq; nouena ligat triplici diuersa colore
 Fila, ter in gremium mecum, inquit, despuë virgo,
 Despuë ter virgo; numero deus impare gaudet.
 Hinc magno generata Ioui frigidula sacra,
 Sacra nec Idæis senibus, nec cognita Graijs.
 Pergit Amyclæo spargens altaria Thalo,
 Regis Conchiacis animum defigere votis.
 Verum vbi nulla mouet stabilem fallacia Nisum,
 Nec possunt homines, nec possunt fluctere diui,
 Tanta est in paruo fiducia crine cauendi:
 Rursus ad inceptum sociam se adiungit alumna,
 Purpureumq; parat rursus tondere capillum,
 Cum longo quod iam captat succurrere amori.

Non minus illa tamen reuehi, quod mania crescant
Gaudeat. & cineri patria est iucunda sepulcro.
Ergo metu capiti Scylla est inimica paterno.
Tum coma Sidonio florens succiditur ostro.
Tum capitur Megara, & diuū responsa probantur.
Tum suspensa nouo ritu de nauibus altis,
Per mare cœruleum trahitur Niseia virgo.
Complures illam Nympha mirantur in vadis.
Miratur pater Oceanus, & candida Thetys.
Et cupidas secum rapiens Galatea sorores:
Illa etiam iunctis magnum qua piscibus aquor,
Et glauco bipedum curru metitur equorum,
Leucothoë, paruisq; dea cum matre Palamon.
Illi etiam alternas sortiti viuere lucas,
Cara Iouis soboles, magnum Iouis incrementum,
Tyndarida. niueos mirantur virginis artus.
Has adeo voces, atq; hac lamenta per auras,
Fluctibus in medijs questu voluebat inani,
Ad cœlum infelix ardentia lumina tollens,
Lumina: nam teneras arcebant vincula palma.
Suppressite ô paulum turbati flamina venti,
Dum queror, & diuos, quanquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Vos ego, vos adeo venti testabor, & aure:
Vos Numantina si qui de gente venitis,
Cernitis: illa ego sum cognato sanguine vobis
Scylla, quod ab salua liceat tibi dicere Progne:
Illa ego sum Nisi pollentis filia quondam,
Certatim ex omni petijt quam Gracia regno,

Quæ curvum terras amplectitur Hellespontus:
Illa ego sum, Minos, sacrato fœdere coniux
Dicta tibi: tamen hæc, etsi non accipis, audis.
Vinctæ ane tam magni tranabo gurgitis vndas?
Vincta tot assiduæ pendebo ex ordine lucæ?
Non equidem me alio possum contendere dignam
Supplicio: quod sic patriam, carosq; penates
Hostibus, immittiq; addixi ignara tyranno.
Verum est hoc, Minos: illos scelerata putavi,
Si nostra ante aliquis nudasset fœdera casus.
Facturos: quorum direptis manibus vrbis,
O ego crudelis flamma delubra petui:
Te verò victore prius vel sidera cursus
Mutatura suos, quam te mihi talia capta
Facturum metui. iam iam scelus omnia vincit.
Ten' ego plus patrio dilexi perdita regno?
Ten' ego? nec mirum, vultu decepta puella
Vi vidi, vt perij! vt me malus abstulit error!
Non equidem ex isto speravi corpore posse
Tale malum nasci: forma, vel fidere fallor.
Non me delicijs commouit regia diues,
Coralio fragili, & lacrymoso mouit electro.
Me non florentes aquali corpore Nympha,
Non metus incensam potuit retinere deorum.
Omnia vincit amor. Quid enim non vinceret ille?
Non mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha:
Pronuba nec castos accendet pinus odores:
Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.
Magna queror: nec & illa quidẽ communis alumna
Omnibus

Omnibus iniecta tellus tumulauit arena.
Me ne inter comites, ancillarumque cateruas?
Me ne alias inter famularum munere fungi?
Coniugis atque tua (quacumque erit illa) beate
Non licuit grauidos penso deuoluere suos?
At belli saltem captiuam lege necasses.
Iam fesse tandem fugiunt de corpore vires,
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit,
Marmorea adductis labascunt brachia nodis.
Aequoreae pestes immania corpora ponti
Vndique conueniunt, & glauco in gurgite circum
Verbere caudarum, atque oris minitantur biatu.
Iam tandem casus hominum, iam respice Minos,
Sic satis hoc, tantum solam vidisse malorum,
Vel fato fuerit nobis hac debita pestis,
Vel casu incepto, merita vel denique culpa.
Omnia vel melius, quam te lasisse, putabo.
Labitur interea reuoluta ab litore clausu:
Magna repentino sinuantur lintea Coro,
Flectitur in viridi remus sale, languida fesse
Virginis in cursu moritur querimonia longo.
Deserit angustis inclusum faucibus Isthmon,
Cypselide magni florentia regna Corinthi:
Præterit abruptas Scyronis protinus arces,
Infestumque suis dire testudinis exit
Spelaum, multoque cruentas hospite cautes.
Iamque adeo tutum longe Pyraea cernit,
Et notas secum, heu frustra, respicit Athenas.
Iam procul est fluctu Minoa respicit arua,

Floren-

Florenteſq; videt iam Cycladas, hinc Strophadaſq;
Hinc ſinus, hinc ſtatio contra patet Hermionea :
Inquitur ante alias longè gratiſſima Delos
Nereidum matri, & Neptuno Aegæo.
Proſpicit incinctam ſpumanti litore Cythnon,
Marmoreamq; Paron, viridemq; allapſa Donyſam,
Aeginamq; ſimul, ſementiferamq; Seriphum.
Fortur, & incertis iactatur ad omnia ventis:
Cymba velut magnas ſequitur cum paruula claſſes,
Aſer & hyberno bacchatur in aqore turbo :
Donec tale decus forma vexauit, & agros
Non tulit, & miſeros mutauit virginis artus,
Ceruleo pollens coniux Neptunia regno.
Sed tamen externam ſquamis veſtue puellam,
Inſidoſq; inter teneram committere piſces
Non ſtatuit, nimium eſt auidum pecus Amphitrites,
Aërys potius ſublimem ſuſtulit aliis,
Eſſet vt in terris facti de nomine Cyris :
Cyris Amiclae formoſior anſere Leda.
Hic velut ignituro, tener eſt cum primitus, ouo
Effigies animantis & internodia membriſ
Imperfecta nouo fluitant concreta calore :
Sic liquido Scylla circumfuſum aqore corpus
Semiferi incertis etiam nunc patribus artus
Vndiq; mutabant, atq; vndiq; mutabantur.
Oris honos primum & multis optata labella,
Et patula frontis ſpecies concreſcere in vnum
Capere, & gracili mentum procedere roſtro.
Tum, qua ſe medium capitis diſcrimen agebat,

Ecce

Ecce repente velut patrios imitatus honores,
 Purpuream concussit apex in vertice crissam,
 At mollis varios intexens pluma colores,
 Marmoreum volucris vestivit tegmine corpus
 Lentaq; perpetuas fuderunt brachia pennas.
 Inde alias partes, minioq; infecta rubenti
 Crura, novamq; aciem obduxit squalida pellis,
 Et pedibus tenere ungues confixit acutos.
 Et tamen hoc demum misera succurrere passo
 Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
 Nunquam illam posthac oculi videre suorum
 Purpureas flauo retinentem vertice vittas:
 Non thalamus Tyrio fragrans accepit Amomo,
 Nulla illam sedes. Quid enim iam sedibus illa?
 Qua simul ut sese cano de gurgite velox
 Cum sonitu ad cælum stridentibus extulit alis,
 Et multum late dispersit in aquore rorem,
 Infelix virgo nequicquam morte recepta
 Incultum solis in rupibus exigit aenum,
 Rupibus, & scopulis, & littoribus desertis.
 Nec tamen hoc iterum poena sine. namq; deumrus,
 Omnia qui imperio terrarum millia versat,
 Commotus talem ad superos volitare puellam,
 Cum pater extinctus ceca sub nocte lateret,
 Illi pro pietate sua (nam saepe repenti
 Sanguine taurorum supplex respererat aras
 Saepe deum largo decorarat munere sedes)
 Reddidit optatam mutato corpore vitam,
 Fecit & in terras Haliaetus ales ut esset

Quippe aequis semper gaudet deus ille coruscus.
 Huic verè misera (quoniam damnata deorum
 Iudicio, natiq; & coniugis ante fuisset)
 Infesti, appositq; odium crudele parentis.
 Namq; ut in aethereo signorum munere prestans,
 Vinum quem duplici stellarum fidere vidi,
 Scorpius alternis clarum fugat Oriona:
 Sic inter sese tristes Haliaetus iras,
 Et Cyrus memori servant ad secula fato.
 Quacumq; illa leuem fugiens secat aethera pennis,
 Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
 Insequitur Nisus: quàm se fert Nisus ad auras,
 Illa leuem fugiens raptim secat aethera pennis.

P. VIRG. MARONIS

A E T N A.

A T N A mihi, ruptiq; cauis fornacibus ignes,
 Et qua tam fortes voluant incendia caussa,
 Quod fremat imperium, quid raucos torqueat astus,
 Carmen erit. dexter venias mihi carminis autor:
 Seu te Cynthos habet, seu Delos gratior illa,
 Seu tibi Dodone porior: tecumq; fauentes
 In noua Pierio properent à fonte sorores
 Vota, per insolitum Phoebo duce cautius itur.
 Aurea securi quis nescit secula regis?
 Cum domitis nemo Cererem iactaret in aruis,
 Venturisq; malas prohiberet frugibus herbas:
 Annua sed saturæ complerent horrea messes,

ipse